



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

[Capvt. I.]

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

VONIAM COMPLVRES AG

Q

gressi sunt contexere narrationē earū, quæ inter nos certissimę fidei sūt, regę, sicuti tradiderūt nobis nō, qui ab initio suis oculis viderāt, ac pars aliqua fuerāt eorū, quæ narrabāt: visum est & mihi, vt, cunctis ab initio exacta diligētia peruestigatis, deinceps tibi scriberē optime Theophile, quo agnoscas eorū de quibus edoctus fueras, certitudinē. ¶ Erat in diebus Herodis regis Iudææ, sacerdos quidā nomie Zachariās de vice Abiā, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabet. Erant autē iussi ambo corā deo, versantes in om̄ibus preceptis & iustificatiōib⁹ dñi irrephensibiles, nec erat illis proles, eo qđ esset Elizabet sterilis, & ambo prouectę iā essent etatis. Factū est autē, cū sacerdotio fungereē Zachariās in ordine vicis suæ corā deo, secundū cōsuetudinē functionis sacerdotalis, fors illi obuenit, vt odores incēderet, ingressus in templū dñi, & om̄is multitudo populi precabatur foris tpe thymiamatis. Apparuit autē illi angel⁹ dñi, stans a dextris altaris, in q̄ thymiamata solēt adolari. Et Zachariās turbat⁹ est eo viso, ac timor irruit sup eū. Ait autē ad illū angel⁹: Ne timeas Zachariā. quoniā exaudita est deprecatio tua. Vxorq; tua Elizabet pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannē, & erit gaudiū tibi, & exultatio, & multi super eius natiuitate gaudebūt. Erit em̄ magnus coram dño, & vinū sicerāq; non biber. Et spiritu sancto replebit iā inde ab utero matris suæ, multisq; filiorū Israel cōuertet ad dominū deū ipsorum. Et ipse prep

cedet ante illū cū spiritu & virtute Heliae, vt conuertat corda patrum in filios, & in obediētes ad prudentiā iustorum, vt paret dño plebē perfectā. Et dixit Zacharias ad angelū: Quo argumento istuc cognoscām? ego em̄ sum senex, & vxor mea prouectæ ætatis est. Ac respōdens angel⁹ dixit ei: Ego sum Gabriel q̄ affiti in conspectu dei, missusq̄ sum, vt loquar ad te, & hec tibi læta nūciē, Et ecce futurū est, vt sis tacitus, nec fari possis ad eū vsq̄ diē quo hæc fiant, eo qđ non credidisti verbis meis, quę implebunt in tpe suo. Et erat populus expectans Zachariā, & mirabant̄ qđ moraret̄ in tēplo: Egressus aut̄ nō poterat loqui illis: Et cognouerunt, quod visionē vidisset in tēplo. Et ipse innuebat illis, permansitq̄ mutus. Et accidit, vt impleti sunt dies officij eius, abiit in domū suā. Post hos aut̄ dies cōcepit Elizabeth vxor ei⁹, & occultabat se mēsis quinq̄, dicens. Sic fecit mihi dñs in diebus, quibus me respexit, vt auferret probrū meum inter homines: In mense aut̄ sexto missus est angelus Gabriel a deo in ciuitatē Galilæe, cui nomē Nazareth, ad virginē desponsatā viro, cui nomē erat Ioseph, de domo Dauid, ac nomen virginis Maria. Et ingressus angelus ad eā, dixit: Aue gratiosa, dñs tecū, benedicta tu inter mulieres. Illa vero cū vidisset, turbata est super oratione eius, & cogitabat, qualis esset illa saluatio. Et ait angelus ei: Ne timeas Maria, nacta es em̄ gratiā apud deū. Ecce concipies in utero, & paries filiū, ac vocabis nomē eius Iesum. Is erit magnus, & filius altissimi vocabit̄: Et dabit illi dñs de⁹ sedē Dauid patris ipsius, regnabitq̄ super domum Iacob in æternū, & regni eius nō

SECUNDVM.

erit finis. Dixit autē Maria ad angelū: Quomō erit istud, quādo
quidem virū nō cognosco? Et respondēs angelus dixit ei: Spūs
sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obūbrabit tibi. Quā
propter & qđ nascit̄ sanctū, vocabit̄ filius dei. Atq; ecce Elizabet
cognata tua, & ipsa cōcepit filiū in senectute sua, & hic mensis ē
sextus illi, quæ dicebat̄ sterilis, qā nō erit impossibile apud deum
oē verbū. Dixit autē Maria: Ecce ancilla dñi, fiat mihi secūdū ver
bū tuū, ac discessit ab illa angelus. Exurgens autē Maria in diebus
his, abiit in montana cū festinatiōe in ciuitatē Iuda, & intrauit in
domū Zachariæ, ac salutauit Elizabet, & factū est, vt audiuit sal
utationē Mariæ Elizabet, salit̄ infans in vtero eius. Et repleta ē
spū sancto Elizabet, exclamauitq; voce magna, & dixit: Bene
dicta tu inter mulieres, & bñdict⁹ fructus ventris tui. Et vnde hoc
mihi, vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enim vt facta est vox
salutationis tuę i aurib⁹ meis, exultauit p̄ gaudio infans in vtero
meo. Et beata quæ credidit, quoniam perficientur ea quæ dicta
sunt ei a dño. Et ait Maria: Magnificat anīa mea dñm. Et exult
auit spiritus meus in deo seruatore meo. Quia respexit ad hum
ilitatē ancillæ suæ, ecce enī ex hoc beatā me dicent oēs genera
tiones. Quia fecit mihi magnifica qui potens est, & sanctum nos
men eius: Et misericordia eius in progeniē & progeniē, timentib⁹
bus ipsum. Præstitit robur per brachiū suum, dispersit superbos
cogitatione cordis ipsorū. Detraxit potētes de sedibus, & euexit
humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Sus
cepit Israel puerū suū, vt memor esset misericordiæ. Sicut locuta

est ad p̄fes n̄ros, ipsi Abrahā & semini eius in æuū. Mansit autē
 Maria cū illa circiter mensibus tribus, & reuersa est in domū suā
 Elizabet vero impletū est tēpus pariendi, & peperit filium. Et
 audierunt vicini & cognati eius, quod magnifice dñs misericor/
 dia sua vsus esset erga illā, & gratulabant̄ ei. Et factum est in die
 octauo, venerūt ad circūcidendū puerū, & vocabant eum nomine
 patris sui Zachariā. Et respondēs mater eius dixit: Nequā, sed
 vocabit̄ Ioannes. Et dixerunt ad illam: Nemo est in cognatione
 tua, qui vocetur isto nomine. Innuebant aut̄ patri eius, quid vel/
 let vocari eum. It̄q; postulatis tabellis scripsit, dicens: Ioannes est
 nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autem os eius
 illico, & lingua eius, & loquebat̄ laudans deū. Et peruasit timor
 per om̄es vicinos eorū, & per omnē montanā regionem Iudææ
 diuulgabantur omnia verba hæc, & posuerunt omnes qui au/
 dierant, in corde suo dicentes: Quis nā puer hic erit? Et manus
 dñi erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus est spiritu san/
 cto, prophetauitq; dicens: Laudāus dominus deus Israel, quia
 uisitauit & fecit redēptionē populo suo. Et erexit cornu salutis
 nobis, in domo Dauid pueri sui. Sicut locut⁹ est per os sanctorū
 qui a sæculo fuerūt prophetarū suorū. Fore ut seruariemur ab ini/
 micis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos: Ut yteretur
 misericordia erga patres nostros, ac memor esset testamenti sui
 sancti (præstaretq;) Iusiurandū quod iurauit ad Abrahā patrē no/
 strum, ac daret nobis: Ut sine timore, de manu inimicorū n̄rorum
 liberati, seruirem⁹ ipsi: Cū s̄cūitate & iustitia corā ip̄o, cūctis die/

SECUNDVM.

bus vitæ nostrę. Et tu puer, propheta altissimi vocaberis, præi-
bis em̄ ante faciē dñi, ad parandū vias eius: Ad dandā scientiam
salutis pupulo ipsius, per remissionē peccatorū eius: Per viscera
misericordię dei nostri, quibus visitauit nos oriens ex alto, ut il-
luseret his q̄ in tenebris. & umbra mortis sedebant, ad dirigen-
dos pedes nostros in viā pacis. Puer autē crescebat et coroboraba-
tur spiritu, & erat in desertis, donec veniet dies, quo ostenden-
dus erat apud Israelitas.

¶ CAPVT. II.

Actum est autē in diebus illis: Exijt decretum a cæsare
Augusto, vt censereēt totus orbis. Hęc descriptio pri-
ma facta est præside Syrię Cyrenio. Et ibant omēs vt
profiterent in suā quisq; ciuitatem. Ascendit autē & Ioseph a Gal-
ilæa, de ciuitate Nazareth, in Iudæā: in ciuitatē Dauid, quæ vo-
caē Bethleem, eo quod esset de domo & familia Dauid vt profite-
teret cū Maria desponsa sibi vxore, quæ erat pregnans. Accidit
autē cū essent ibi, cōpleti sunt dies pariēdi. Et peperit filiū suū pri-
mogenitū, ac fascijs eū inuoluit, reclinauitq; eū in præsepi, quod
non esset eis locus in diuersorio, Et Pastores erant in regione ea
dē vigilantes, & excubantes excubias nocte super gregē suū. Et
ecce angelus dñi afficit illis, & claritas dñi circumfulsit illos, & ti-
muerunt timore magno. Et dixit, illis angelus: Ne timeatis Ecce
em̄ annuncio vobis gaudiū magnū, quod futurū est toti populo
quia natus est vobis hodie seruator, q̄ est Christus dñs, in ciuitate
Dauid. Et hoc vobis signū: Inuenietis infantē fascijs inuolutū,